



*Sbd*

E libris  
gymnasio Mauritano Magdeburgensi

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*

**SOTERA**  
 in  
**CALAMITATIBUS**  
**PUBLICIS**

anqvirendum,  
 &

**Beneficiorum divinatorum**

conciliatorem ac pararium  
 proponit  
 & ad

**Declamationes**

de iis inter se collatis  
 in Athenæo Lubenensi

a quibusdam alumnis  
 VI. ante Idus Januarii cło 1000xi.  
 horis antemeridianis habendas

**PERILLUSTRES ac MAGNIFICOS**

utriusq; Areopagiper Lusatiam inferiorem summi

**PROCERES,**

singulatim Eoptam Summe Reverendum,

ac  
**Amplissimi Senatus Patres Conscriptos,**

& quotqvot optimis literis cupiunt demisse,  
 ut par est, & modeste


invitat

*Jo. Gottfriedus Zeiske,*

Rector.

DRESDAE, Excudebat Johannes Riedelius, Typogr. Aulic.

α.



**H**ormidolola adeo atque exulcerata sunt tempora, ut ad istam mali molem, quavalborant provinciæ, oppressæ sunt regiones, nihil addi posse acerbis videatur. Belli gravissimi exituque dubii incendia tantum non totam corripuere Europam; gravia tempora & pestilentis annos hæcenus gemunt regna etiam patriæ finitima, & quanta annonæ difficultate rei que frumentariæ inopia laboratum sit vel etiamnum laborctur, in propatulo est. Rebus his angustiis Sotera anquire ipsa jubet necessitas, cogit pietas. Habebat σωτήρας suos & σωτήρας prisca mortalium superstitione, quos recte

2. Verrin. cum Tullio definieris, qui salutem dederunt. Posses latine **Salvatores** dicere, si cum incorrupti latini sermonis integritate id vocabuli conveniret. Unde Soteris vocem latina civitate donare maluit, quem antea laudavi togatorum disertissimus, cum Servator aut Liberator minus rem declarare posse videretur. Satis quoque ad propulanda pericula & mala avertenda erat nominare Θεῶν ἀλεξικακῶν, ἀποπομπῶν αἰσῶν, λυσῶν, quos Romani averruncos dicebant & averruncatores. Sed bonis conciliandis Dii potissimum σωτήρες erant Jupiter, Bacchus, Hercules, Castores, Apollo, quod præter alios plures ex nummis docuit Illust. Spanhemius, quem erectum rebu humanis lugent aulæ, mereant Musæ, squalent boni omnes. Idem alio loco eundem honorem Deabus tributum esse probat, unde Σώτριά vocata Pallas, Diana, Venus, Proserpina. Horum e numero Proserpina, Castor, Pollux & præterea Ceres, Pluto, Mercurius Cabiri appellati, de quibus præter Guberletium, Colomestium, Moyné, Huëtium, Spanhemium aliis citatos ex instituto egerunt Jo. Anton. Astorius, Ictus Venetus & Adr. Relandus. Ceterum hos Cabiros non à כביר quod magnum notat, nuncupari, sed חבריים socialia numina vocari aliorum est opinio: quan-

Ep. I. ad Mo  
rell.  
Ep. 4.  
Differt. V.  
Miscell.

quancquam non defunt, qui quasi <sup>δυναστεύοντες</sup> potentes appellari malunt, cum & a Varrone Potes dicantur.

Sive vero magni, sive focii, sive potentes audiant, id sane potissimum ob ferendam hominibus opem fieri autumem, ut a deo cum Diis Soteribus probe conveniant. Nec Diis tamen solis hoc nominis datum, sed & Principibus, ut cum Trajanus in nummo Nicopolitano <sup>Σωτήρ τῆς πόλεως</sup>, alii <sup>κτιστὴς</sup> urbium, Latienus Postumus in Inscriptionibus, & Probus in nummis Restitutores orbis salutantur. Huc pertinet vox illa Prusia Regis, qui Polybio teste, Romam veniens supplex, <sup>καί φησιν</sup> ait, <sup>ὁδοὶ Σωτήρης</sup>. Ita cognomentum Cleopatras in nummis, si Scaligero & Colomesio in Bibliotheca selecta fides habenda, est <sup>θεοῦ σωτήρια</sup> seu servatrix populi, quod Ofsan apud Aegyptios plures notare ex Plutarcho patet. Medicis quoque is <sup>ἰσθὸς</sup> habitus, ut <sup>Σωτήρης</sup> augusto nomine vocarentur, quemadmodum Aesculapius <sup>Σωτήρ κείων</sup>, cui & a Nicomede posita statua, quae verba inscripta praeferebat: <sup>τῷ Σωτήρι</sup> <sup>ἀσκληπιοῦ σωτῆρα καὶ χαριστήρια</sup>. Sed valeant vana nomina & inania numina, in quibus nihil opis est, nihil praesidii. Nos qui sanctissimo Sacramento fidem Christo nostram obstrinximus, alium Soterem nescimus nisi JESUM, cui a salvando nomen est. Is sicuti unicus salutis aeternae auctor est & restitutor; ita quoque ex ceterioribus his & humanis bonum est nullum, quod illi in acceptis ferendum non sit. Hic angelus est, a quo liberatum se omnibus malis praedicat Jacobus morti proximus, non factus certe aut creatus aliquis Genius, sed ipse DEI filius, quod adversum veritatis corruptores dudum nostrates argumentis atque oratione sit maverunt. Non male quidem <sup>Σωτήριον</sup> nomen sacris Spiritibus tribueris, cum & oracula divina diserte doceant, angelos hominum custodiae praepositos esse, & exempla Louthi, Danielis, Petri, reliquorum id satis probent. Sed veri tamen nominis Soter JESUS est, hac laude in utroque foedere conspicuus. Non Sotera quendam hominem imbellem ad profliganda bella exoptamus, quales olim populo DEI Soteres erant: non Curtium quendam, qui se pro peste avertenda devoveat, non Sebastianum aut Rochum, Pontificiorum Deos tutelares: Non Freyrum aliquem, quem in annona potissimum <sup>Bartholin.</sup> caritate adorabant Sveci. Solus JESUS nobis sufficit, qui potiori jure <sup>de caus.</sup> quam Constantinus M. Fundator securitatis aeternae, aut quam Postumus Pacator orbis & Augustus Pacifer, & rectius quam Nilus ob fertilitatem Servator <sup>ὀπισθηρὸς</sup>, & verissime a Patino sanitas sanitatum & omnia sanitas appellatur. Quippe hunc calamitatibus temporum postriorum omnibus jure opponimus: hunc beneficiorum divinorum auctorem habemus unicum. Et has quidem calamitates inter se & cum beneficiis divinis, collatis sententiis contendunt adolescentes indultrii, disciplinae nostrae alumni, quorum series illa est:

de Isid. & Ovid.

Gen. 48, 16

Bartholin. de caus. content. mort. l. 2. c. 5.

Jac.

- Jac. Christ. Oeffell, Lucca Lusata, Prologi vices sustinebit & temporum nostrorum a deploravit calamitates.
- Daniel Wolfchke, Calovia-Lufatus, Oratione *παράκλητικῆ* Græca ostendet *majora esse mala publica privata.*
- Christian. Edoard Selte-reich, Luben. Oratione vernacula demonstrabit, *pestem esse paucarum divinarum gravissimam.*
- Jo. Erhard Koch, Sevesto Anhalt. *sanam & annonam penuriam maxime omnium intolerabilem esse,* oratione latina probabit.
- Christian. Philipp Hahn decantato carmine Germanico firmabit *bellum hic esse feratius.*
- Jo. Christian. Appelmann, Oderinenf. Luf. sermone Teutonico de *Locustarum immisione malo deterrimo* disseret.
- Philipp. Frider. Röhrbergius, Lubenenf. *Terra tremores malis reliquis antefereat* oratione latina.
- Christ. Ehrenfried Winter, Kruga-Luf. *Incendia & monsium flammam terribilissimam esse* asseret sermone Germanico.
- Jo. Christian. Noach, Mezer. Polon. *Diluvia perniciosissima esse* contendet carmine heroico latino.
- Henricus Andreas Töpffer, Barutho-Saxo, *fecitatem terris maxime exitiabilem esse* oratione latina evincet.
- Zacharias Hergast, Bolecova-Luf. *Barbariem longe pestilentissimam esse* Græca oratione persvadere conabitur.
- Frider. Sigism. Schulze, Baruth-Paplic. *Amissem Evængelii esse rem omnium gravissimam* latinis elegis comprobabit.
- Daniel Friedlieb Schwanheuser, Strausberg. Marchicus, *iram divinam suppliciorum Alpha & Omega esse* concludet.

**Opposita vero calamitatibus divina beneficia ita celebrabunt, ut primas partes**

- Jo. Friedr. Piesker, Lubenavia-Luf. *Salubritati regionis* carmine Epico latino.
- Jo. Gvil. Im. Fröbus, Sangerhusa-Thuring. *Fertilitati Solis* oratione latina.
- Maximil. Jacob. Schwanheuser, Strausberga-March. *Amone Filitati* sermone Græco.
- Martinus Grasmann, Friedlendienf. Luf. *Divitiis regionum,* oratione latina.
- Jo. Frider. Schimmer, Witteberg. Saxo. *Commerciis florentibus* vernacula.
- Petrus Fuhrmann, Kruga-Luf. *Felici imperio Principis,* oratione latina.
- Michael Gottfried Melisch, Friedland Luf. *Cultura studiorum,* oratione Græca.
- Simon Benedictus Siegfried, Burg. Saxo. *Optimis legibus & moribus,* itidem lingua Græcorum.
- Jacob. Henricus Jahnus, Dresd. Misn. *Paci,* carmine heroico latino.
- Christian. Sigism. Jähnchen, Drebecov. Luf. *Verareligioni,* sermone latino, tribuat: donec tandem Bartholomæus Richter, Bolecova-Luf. *Felicitatem in gratia divine* sinit collocatam Apologo vernaculis elegis concinnato monstrabit.
- Postremo Jo. Frider. Schulze, Fürstnav. March. Beneficia patriæ nostræ tributa calamitatibus antecire, Germanico sermone prædicabit.
- Denique vero Christianus Crügerus, Lubenavia-Luf. partibus *Epilogi* susceptis beneficia divina Principi, Patriæ, Patronis, Urbi latino sermone apprecabitur.

Adeste igitur, PATRONI OPTIMI, frequentes, præsentiaq; Vestra, velut aura quadam secunda, Oratores nostros non altum tentantes sed litus legentes subvehite; quam quidem benevolentiam grato animo, studiis, opera rependere nitentur sedulo.

P. P. Lubenæ Lufatorum Prid. Kal. Januar.

clo 1000.

Am (O) 92

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40





A. 1840 D.

# SO TERA in CALAMITATIBUS PUBLICIS

anqvirendum,  
&  
Beneficiorum divinatorum

atorem ac pararium  
proponit  
& ad

## mationes

inter se collatis  
nao Lubenensi  
qvibusdam alumnis  
us Januarii clo 1881.

temeridianis habendas  
**RES ac MAGNIFICOS**  
per Lusatiam inferiorem summi  
**OCERES,**

optam Summe Reverendum,  
ac  
natus Patres Conscriptos,  
optimis literis cupiunt demisse,  
t par est, & modeste  
invitat  
ottfriedus Zeiske,

Rector.  
bat Johannes Riedelius, Typogr. Aulic.

94

AK

